

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Exempla similitudinum, quæ ornatam efficiunt orationem. Cap. XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

gnam ejciunt partem, ac nihil parcendo, merces in mare exhauiunt, quo nauis subleuetur, & integris saluisq; corporibus, periculū euadant; hoc nos multo magis, quām illos, & consulere oportet, & facere. Admodū rād ad populum putare moratori Ecclesiastico, conficiēdam allegoriam, nē obscurā reddatur oratio. Quomodo autem sint explicandæ & adhibendæ allegoriae, paulò pōst, cum de ratione explicandarum sacrarum literarum tractābimus, dicemus.

Imaginis exemplum.

Cap. XXII.

IMAGINIS exemplum est apud Esaiam, Quasi parturiens dolebunt: & apud Hieremiam, Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiātes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas, ad capiendos viros. Itā Ecclesiasticus orator, rurī inquietos rusticos, appellabit crābrones, vsurarios, sanguisugas; vtetur frequentibus imaginibus ad rem imprimendam.

Exempla similitudinum, quæ ornatam efficiunt orationem.

Cap. XXIII.

SIMILITUDINES non solum ad probandum ali-
quid, sed etiam ad delectādos animos adhibentur, id-
circō inter figurās fementiarum, similitudo collocatur.
Basilius in auaros inuebens, itā facit auarum loquētem:
Cui verò iniuriam facio, si mea cōtineam? cēdo quānam
tua sunt? vndē sumpta in vitam intulisti? vt si quis in
theatro spectaculum occupārit, deinde adeuntes prohibe-

M 5

beat,

beat, iudicans proprium, quod ad usum communiter patet universis; tales sunt diuites, cum res communes preoccuparent, sibi ut proprias arrogant. Chrysostomus in primam ad Corinth. epist. de Dominico corpore sine indignitate sumendo, ita scribit: Hoc mysterium; hic terra tibi facit calum, parefacito cali valvas, atque introspicvel potius non celi, sed celi celorum, tum quod dico videbis. nam quod ibi clarissimum est & amplissimum; hoc in terra positum demonstrabo, ut enim in regia, quod omnium honestissimum est & splendidissimum, non parietes sunt, non aurea laquearia, sed in praecelso folio positum regis corpus: ita in celis corpus est regis nostri, at hoc idem in terra, potes intueri; etenim non angelos tibi, nec archangeli, non celos, sed ipsum Dominum ostendo. viden, quod omnium rerum praestantissimum est, ut in terris cernas? Nec cernas solum, sed attingas; non solum attingas, sed comedas: & eo sumpto, domum reuertaris? absterge igitur animum, compara mentem tuam ad susceptionem horum mysteriorum: nam si regius in regis ornamenti puer, in purpura & diademe tibi gestandus esset, nonne omnia vilia ac terrestria abiucas? iam vero non regium filium hominis, sed ipsum Dei filium unigenitum sumens, obsecro, nonne exhorrescis? nonne omnium humanarum rerum amorem abiucas? & his ornamenti solum gloriaris? etiam terram adspicias, pecuniam adamas? aurum admiraris? quis tibi reliquias est ignoscendi locus? quae defensio? Ad docendum, magna vim habet unus similitudinum, in quibus tamen delectus habendus est, ne aliquis rei turpis similitudo adducatur, & ne copia similitudinum poeticum quid Ecclesiasticus orator redoleat.

Exem-